



## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructæ

De Provisione Et Obtentione Beneficiorvm

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

667. An hæc potestas conferendi beneficia spectet ad ejus jurisdictionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74485)



*Quaestio 667. An hac potestas Episcopi circa conferenda beneficia spectet ad eisdem jurisdictionem?*

1. **R**espondeo: nullatenus, saltem proprie, ad potestatem jurisdictionis spectat, seu competit ei ratione Magistratus. Lott. l. 2. q. 2. nu. 5. Non enim omnia, quae Magistratui alicui competunt, competunt ei jure Magistratus; sed aliqua competere possunt à lege citra imperium, & omnem jurisdictionem. Lott. *ibid.* num. 11. uti & l. 1. q. 21. ex num. 24. Unde etiam existens extra propriam diocesim beneficia conferre potest; rejecta etiam, quam alias plures adducere solent in ordine ad effectum exercitii extra territorium, distinctione inter jurisdictionem voluntariam, & contentiosam. Lott. *ibid.* num. 6. Multo quoque minus hæc potestas est potestas ordinis Episcopalis, cum, ut dicitur *c. nos. de elect.* conferre possit statim, ac electio ejus confirmata, etsi nondum sit consecratus. Lott. *cit.* q. 2. n. 10.

2. Sed est accidentalis cujusdam potestatis, eodem nihilominus tempore impressa, quo imprimuntur jurisdictionalia, nimirum ex speciali concessione legis, nempe *c. omnes basilica*, Lott. nu. 12. citans se ipsum l. 1. q. 21. num. 34.

*Quaestio 668. Quandoam Episcopus conferre possit?*

1. **R**espondeo primò: conferre potest ante consecrationem, quia collatio hæc non spectat ad potestatem ordinis, ut dictum paulò antè, Laym. *c. cum ex illo. de transl. Episcopi. n. 5.*

2. Respondeo secundò: antequam electio illius confirmata sit, conferre non debet, juxta *c. nos. de elect.* ubi Papa mandat alicui à se delegato Episcopo, ut Lincolnienfi electo Apostolicâ Auctoritate jubeat, ut siquam ejusmodi concessionem vel collationem fecit, revocare studeat. Laym. *ibid.* in paraphrasi. n. 1.

3. Respondeo tertio, quantum est de jure communi, Episcopus electus & confirmatus, vel etiam cui collatus Episcopatus citra electionem à Papa, potest conferre beneficia (uti & administrare & exercere ea, quæ sunt jurisdictionis) ante installationem vel inductionem in possessionem. Idem est de Prælati aliis electis, vel provisus à Papa, argumento *c. nos. c. transmissum. c. qualiter. c. nihil. de electione*, utpote quæ jura videntur exigere solam confirmationem ad administrandum. Garc. p. 5. c. 4. nu. 243. & 250. citans pro hoc Suar. Tom. 4. de penitentia. d. 55. l. 3. num. 19. Germon. de indult. Card. §. nec non quancunque. Covar. l. 3. Variar. c. 16. nu. 6. Selv. p. 2. q. 15. Lamb. p. 3. l. 2. q. 11. a. 6. & 7. Butri. Card. Abb. in *c. transmissum* & c. contra Felin. conf. 40. n. 5. Imol. Lap. Anch. & c. apud Garc. n. 246. facit pro hoc decis. Rotæ in una Burgensi canonico. 28. Jan. 1583. quæ est 182. p. 2. divers. quam refert, & cui insistit Paris. de resig. l. 7. q. 23. a. num. 46. apud Garc. n. 245. in qua resolutum, vacationem Ecclesiæ solum durare usque ad confirmationem seu provisionem de Prælato factam, & sic stante dictâ provisione, & literis expeditis, etiam ante captam possessionem per Prælatus, Capitulum non posse conferre, nec jurisdictionem exercere, uti Sede vacante. Procceditque id ipsum quò ad alios Prælatos, sive collatio spectet ad Ordinariû loci, sive ad alium, sive installatione spectet ad confirmatorem, sive ad alium. Garc. loc. cit. num. 249. addit tamen Garc. num. 251.

& idem tenet Castrop. cit. p. 27. num. 4. hodie dum ob Extrav. injunctæ. de Elect. inter commun. Episcopum aliisque Prælatos in Curia promotos non posse conferre beneficia, nec administrare ante illorum literarum ostensionem, & præsentationem factam Capitulo, etiam si aliis, arrecto jure communi, statim post dictas literas expeditas acquisivisset jurisdictionem, & potuisset etiam conferre beneficia; cum Sedes Episcopalis non dicatur amplius vacare & c. ut dicitur expressè in decis. Rotæ, quam fusè refert Garc. l. 6. & Gonz. gl. 15. §. 2. n. 20. dicens illam postmodum sæpe fuisse à Rota canonizantam. Quin etiam seclusâ illâ Extrav. æquum videri, non posse Episcopum ingerere se administrationi, & jurisdictionis exercitio, nisi literis dictis præsentatis Capitulo, de cujus præjudicio agitur & de tollenda ei administratione, & jurisdictione habita ab eo Sede vacante, à qua prius desisteret non tenetur. Garc. n. 254. & 255. Vide de hoc plura supra, ubi de potestate electi administrandi ante confirmationem.

4. Respondeo quartò, quòd si tamen consuetudo sit contraria, ut Episcopus vel Prælatus non administret, & beneficia conferat ante captam possessionem, hæc servanda est, juxta *c. in his. dist. 11. Garc. num. 157. citans Gl. in cit. Extrav. injuncta. n. non presumant. Abb. in c. transmissum. Cuchum. Rebuff. & c. subdénisque num. 258. negari non posse, hanc consuetudinem non solum in Hispania, sed etiam in aliis partibus revera esse, dum Episcopi nunquam ante captam possessionem administrent, nec beneficia conferunt, sed Capitula, uti Sede vacante, & Sedis vacatione ad illum effectum pergunt administrare, & jurisdictionem exercere administrationis durare usque ad captam dictam possessionem ab Episcopo, ut Rebuff. de devot. n. 72. Hostien. in *c. olim. de resig. spol. Felin. conf. 40. n. 4. Quin & absolute & simpliciter tradit Tond. l. 2. c. 3. §. 7. nu. 6. non posse Episcopum ante captam possessionem conferre, & provisionem ante captam possessionem esse ipso jure nullam.**

*Quaestio 669. An, & qualiter Episcopus degens in Curia Romana conferre possit beneficia?*

1. **R**espondeo primò: posse Episcopum degentem in Curia conferre beneficia vacantia suæ diocesis (etiam dum vacant per resignationem factam coram ipso extra Curiam) Paris. de resig. l. 7. q. 14. num. 26. referens sic resolutum à Rota coram Puteo, teste eodem decis. 167. l. 1. Quin & potest illa conferre in ipsa Curia Rom. etiam concedendo instrumentum seu literas in forma investituræ; cum sicut jus conferendi non spectat ad potestatem jurisdictionis Episcopalis, ita collatio non est exercitium jurisdictionis. Lott. l. 2. q. 2. n. 52. Contrarium tamen sentit Pirh. de prob. num. 87. nimirum Episcopum debere exire ex Curia, ut validè ea possit conferre, prout testatur praxis; ut refert Covar. l. 3. resolut. c. 20. num. 9. Supponit autem collationem esse actum jurisdictionis voluntariæ, quæ, ut ait, licet exerceri possit extra territorium proprium, exerceri tamen non potest in urbe.

2. Respondeo secundò: non tamen potest ea conferre intra urbis Romanæ mœnia, sed extra conferre debet in reverentiam Papæ. Lott. loc. cit. testans sic habere styllum, pro quo citat Hieron. Paul. in pract. cancell. Apost.

3. Respondeo tertio: sed neque potest ea conferre, dum coram ipso existente in Curia facta fuit